PIUS PP. VI.

Venerabilis Frater Frater Salm et Aplicam Ben. Salvatoris, et Dni Nri Jesu Christi vices licet immeriti gerentes in Terris, ejusque exempla Sectantes, Animabus Christifidelium in Purgatorio existentibus, quae Deo in Charitate conjunctae ab hac luce migraverint, opportuna de thesauro Ecclìae auxilia Subministrare Studemus, ut illis quantum Divinae Bonitati placuerit adjutae ad coelestem Patriam facilius pervenire valeant. Ea propter Nos Parochs, et Collegiatas Ecclìas tuarum Civitatis, et Dioecesis Cracovien, quae etiam ob earum tum dignitatem, tum antiquitatem Semper in honore habitae sunt ac Speciali praerogativa pollent. Coelestium munerum elargitione decorare volentes, Supplicationibus quoque tuo nomine Nobis Super hoc humiliter porrectis inclinati, revocatis in eis Privilegiatis Altaribus intuitu Paroeciae sive in perpetuum, sive ad tempus jam concessis, Tibi, ut Semel per Te ipsum in qualibet ex Parochialibus, et Collegiatis Ecclesiis huiri unum duntaxat Altare ad Septennium proximum tm Privilegio Aplico decoratum pro animabus Christifidelium a Purgatorii poenis liberandis designare valeas. Ita ut quandocumque Sacerdos aliquis Secularis vel cujusvis Ords, Congnis et Instituti Regularis missam Defunctorum pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in Charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad prium Altare sic per Te respué designatum celebrabit anima ipsa de thesauro Ecclìae per modum Suffragii Indulgentiam consequatur; et Dni Nri Jesu Christi, ac Bmae Virginis Mariae, Sorumque oium mentis sibi Suffragan a Purgatorii poenis liberetur, facultatem aucte Aplica tenore prsium concedimus, et impertimur. Non obstan nostra, et Cancellariae Aplicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque Constibus et Ordibus Aplicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut si in certiorandis Parochis de facultate pta Tibi tributa, aut in expediendis litteris pro designatione Altaris privilegiati in qualibet ex Parochialibus et Collegiatis Ecclìis huiri aliquid vel minimum detur, aut a Cancellario vel aliis officialibus tuis etiam Sponte oblatum recipiatur, concessiones a Te ut pmittitur faciendae nullae sint eo ipso. Datum Romae apud S. Petrum Sub annulo Piscatoris die X Decembris MDCCXC Pontus Nri Anno Decimosexto

Gratis pro Deo et m Scra

R. Card. Braschius de Honestis

Venerabili Fratri Episcopo Cracovien

7

Facultas designandi in qualibet
Collegiata et Parochiali Ecclesia unum
altare Privilegiatum pro liberatione
Animae de Purgatorio.